

CAROLI FRANCISCI LHOMOND

EPITOME  
HISTORIAE SACRAE

BREVI CHRISTI VITAE NARRATIONE ADDITA

INTEGRVM OPVS AD VSVM DISCIPVLORVM EDIDIT  
ROBERTVS CARFAGNI  
PAVCISSIMIS VERBIS MVTATIS



Edizioni Accademia  
*Vivarium novum*

# RES QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR

|  |               |
|--|---------------|
| PRAEFATIO  | <i>pāg.</i> 5 |
| VETVS TESTAMENTVM  |               |
| PRIMA AETAS: Terrārum orbem et omnia quae in eō insunt Deus creat                  | 9             |
| SECVNDA AETAS: Hominēs dīluviō pūniuntur   | 17            |
| TERTIA AETAS (I): Abrāhāmus et Isaacus   | 25            |
| TERTIA AETAS (II): Iacōbus   | 33            |
| TERTIA AETAS (III): Iōsēphus   | 43            |
| TERTIA AETAS (IV): Iōsēphus  | 53            |
| QVARTA AETAS (I): Fuga ex Aegyptō: Moisēs et Iosūe                                 | 69            |
| QVARTA AETAS (II): Iūdicēs creantur: Gedeōn, Samsōn, Samuēl                        | 81            |
| QVARTA AETAS (III): Rēgēs creantur: Saūl et David                                  | 91            |
| QVINTA AETAS (I): Ex ūnō duo rēgna creantur: alterum Iūdae, alterum Isrāēlis       | 107           |
| QVINTA AETAS (II): Fābula dē Tobiā   | 113           |
| QVINTA AETAS (III): Nabūchōdonosor et captīvitās Babylōnica                        | 125           |
| SEXTA AETAS: annō LXIII a. Chr. n. Iūdaea prōvincia stipendiāria populī Rōmānī fīt | 139           |
| NOVVM TESTAMENTVM  |               |
| PARS I: Iēsū nātivitās et vīta   | 155           |
| PARS II: Iēsū doctrīna, mors et resurrectiō  | 169           |
| TABVLAE REGIONVM, TEMPORVM ORDO ET INDICES VARII                                   |               |
| VETERIS NOVIQVE TESTAMENTI REGIONES, VRBES ET OPPIDA                               | 185           |
| ORDO TEMPORVM HISTORIAE SACRAE   | 189           |
| INDEX NOMINVM  | 191           |
| INDEX VOCABVLORVM  | 194           |

## NOTAE

|             |                     |                   |                     |
|-------------|---------------------|-------------------|---------------------|
| =           | idem atque          | <i>Gr</i>         | Graecē              |
| :           | id est              | <i>imperf</i>     | imperfectum         |
| ↔           | contrārium          | <i>ind</i>        | indicātīvus         |
| <           | factum/ortum est    | <i>indēcl</i>     | nōn dēclīnātur      |
| /           | sīve                | <i>m</i>          | masculīnum          |
| +           | cum, atque, additur | <i>n</i>          | neutrūm             |
| a. Chr. n.  | ante Chrīstum nātum | <i>nōm</i>        | nōminātīvus         |
| <i>abl</i>  | ablātīvus           | <i>pāg.</i>       | pāgina              |
| <i>acc</i>  | accūsātīvus         | <i>part</i>       | participium         |
| <i>adi</i>  | adiectīvum          | <i>p. Chr. n.</i> | post Chrīstum nātum |
| <i>adv</i>  | adverbium           | <i>pass</i>       | passīvum            |
| <i>coni</i> | coniūctīvus         | <i>perf</i>       | perfectum           |
| <i>dat</i>  | datīvus             | <i>pl</i>         | plūrālis            |
| <i>dēcl</i> | dēclīnātiō          | <i>praes</i>      | praesēns            |
| <i>dēp</i>  | dēpōnēns            | <i>prp</i>        | praepositiō         |
| <i>f</i>    | fēminīnum           | <i>sg</i>         | singulāris          |
| <i>fut</i>  | futūrum             | <i>sup</i>        | superlātīvus        |
| <i>gen</i>  | genetīvus           | <i>voc</i>        | vocātīvus           |

Ad pāginārum latera explānantur vocābula quae nōn reperiuntur in librō cui titulus est FAMILIA ROMANA. Vocābula quae in Vetere Testāmentō reperiuntur, sī forte inveniantur in Novō Testāmentō, iterum explānantur, ut utraque librī pars per sē legī possit. Nōmina hominū et locōrum quae sunt in īmīs pāginīs explānantur in indicibus.

## PRAEFATIO

praefatiō -ōnis *f* < *prae-fārī*

**C**arolus Franciscus Lhomond in parvō quōdam Galliae oppidō, quod eius cīvium linguā *Chaulnes* appellātur, annō MDCCXXVII p. Chr. n. pauperibus parentibus nātus est, quī eum litterīs studēre volentem pecūniā adiuvāre nōn potuērunt. Cum autem iam ā puerō pius et descendī cupidus esset, in seminārium missus est, ubi et linguam Latīnam et litterās sīve sacrās sīve nōn sacrās tam bene didicit, ut prīmum sacerdōs, deinde etiam rēctor eiusdem semināriī factus sit.

Semināriō autem clausō, litterās in lūdō docuit. Librum scripsit *Dē virīs illūstribus urbīs Rōmae*, quō ostendit Rōmānōrum antīquōrum virtūtēs discipulīs suīs imitandās, et *Epi-tomēn historiae sacrae*, quā nārrāvit ea, quae in Vetere Testāmentō continentur: rēs gestās Iūdaeōrum scīlicet, ā tempore antīquissimō, quō Deus fēcerat terrārum orbem, ūsque ad Iēsū Chrīstī nātīvitātem; cui librō ignōtus quīdam scriptor epitomēn addidit Novī Testāmentī, quā Iēsū, dīvīnī hominis, vīta et mors eiusdemque mīrābilia facta nārrantur.

Cum vērō annō MDCCXCII fidem pollicērī nōluisset hominibus et mīlitibus quī intereā rēgem occīsūrī erant atque rēs in Galliā iam mūtāverant, in carcerem est coniectus, unde paulō post, līberātus ā Iōanne Lambertō Tallien – olim eius discipulō quī semper grātus fuit magistrō ob ea omnia quae ille magnō cum amōre docuerat – exiit.

Duōbus post annīs tranquillē, ut vīxerat, mortuus est.

Iūdaeī -ōrum *m pl*, Carolus (-ī) Franciscus -ī *m*, Iōannes (-is)  
Lambertus -ī *m*

p. Chr. n. : post Chrīstum nātūm  
ā pauperibus parentibus

pius -a -um = quī Deum et hominēs dīligit  
seminārium -ī *n* : locus ubi puerī vīvunt et  
student ut sacerdōtēs fiant  
sacer -cra -crum : quī ad Deum spectat  
rēctor -ōris *m* = quī regit


illūstris -e = clārus, nōbilis

epitomē -ēs *f Gr* (*acc -ēn*) = brevis nārrātiō  
historia -ae *f* = nārrātiō rērum gestārum  
testāmentum -ī *n* (< testis) = lēx inter Deum et  
hominēs statūta

nātīvitās -ātis *f* = tempus quō aliquis nāscitur  
scriptor -ōris *m* = quī (librōs) scribit  
dīvīnus -a -um (< deus) = sacer


con-icere -īcisse -iectum (< cum-) = iacere





*Homines et bestiae inter diluvium*

NOVVM  
TESTAMENTVM



*Iesu nativitas*

# PARS I

## IESV NATIVITAS ET VITA

nātīvitās -ātis *f* = tempus quō aliquis nāscitur

### I. In oppidō Bethlehem Iēsūs nāscitur

**E**x iit ēdictum ā Caesare Augustō ut dēscrīberētur ūniversus orbis. Ascendit Iōseph dē cīvitāte Nazareth in cīvitātem, quae vocātur Bethlehem, cum Marīā, uxōre suā. Cum essent ibi, implētī sunt diēs pariendī, et peperit fīlium, quem pannīs involvit et reclīnāvit in praesēpiō.



praesēpiūm -ī n

ēdictum -ī n = quod pūblicē imperātur  
ut dēscrīberētur universus orbis : ut omnēs cīvēs numerārentur

implētī sunt diēs pariendī : vēnit diēs quō  
Marīae pariendum erat  
pannus -ī m = vestis vetus et vīlis  
in-volvere -visse -volūtum = veste circum-  
dare, vestīre | re-clīnāre = facere ut aliquis  
recumbat

angelus -ī m = nūntius Deī

Dominī : Deī  
clāritās -ātis *f* < clārus  
circum-fulgēre -sisse = subitō lūcendō illū-  
strāre  
salvātor -ōris *m* (< salvāre) = quī salūtem  
affert

glōria sit in altissimīs caelīs ... et pāx sit ...

### III. Iēsum pāstōrēs eunt vīsum

Ut discessērunt ab iīs angelī, pāstōrēs loquēbantur inter sē:  
“Eāmus et videāmus quod factum est in cīvitāte Bethlehem.”  
Et vēnērunt, et invēnērunt Marīam et Iōseph et īfantem

ut + *perf* = cum pīrīum, postquam

Caesar (-aris) Augustus (-ī) *m*, Iōseph *indēcl*, Nazareth *indēcl*, Salvā-  
tor -ōris *m*

revertī -tisse/-sum esse

positum in praesēpiō. Posteā revertērunt pāstōrēs, laudantēs Deum propter omnia quae audīverant et vīderant.

magus -ī *m* = vir sapiēns et doctus, quī arte suā rēs mīrabilēs facit

#### IV. Magī ab Oriente Hierosolymam veniunt ut Iēsum Chrīstum adōrent

Cum nātus esset Iēsūs in cīvitāte Bethlehem, magī ab Oriente vēnērunt Hierosolymam ut eum adōrārent. Et stēlla antecēdēbat eōs. Et dīcēbant: “Ubi est rēx Iūdaeōrum? Vīdimus enim stēllam eius in Oriente.” Hērōdes rēx turbātus est hāc vōce: timēbat enim nē rēgnū amitteret.

Et cum cognōvissent magī ubi Chrīstus nātus esset, abiērunt, et vēnērunt Bethlehem et invēnērunt puerum cum Māriā mātre eius et adōrāvērunt eum et obtulērunt eī aurum, tūs, et myrrham.

Admonitī in somnīs nē redīrent ad Hērōdem, aliā viā revertērunt in regiōnem suam.

#### V. Hērōdes imperat ut omnēs īfantēs occīdantur. Iōseph cum uxōre et puerō in Aegyptum fugit

Hērōdes, vidēns sē ā magīs dēceptum esse, īrātus fuit valdē. Et imperāvit ut occīderentur omnēs īfantēs quī erant in cīvitāte Bethlehem et in finib⁹, ā bīmātū et īfrā. Angelus Dominī appāruit Iōseph, dīcēns: “Surge, et accipe puerum et mātrem eius, et fuge in Aegyptum.” Quī, cōsurgēns, accēpit puerum et mātrem eius nocte et fūgit in Aegyptum.


Postquam Hērōdes mortuus est, angelō admonente, Iōseph accēpit puerum et mātrem eius et vēnit in Galilaeam et habitāvit in cīvitāte, quae vocātur Nazareth.

#### VI. Iēsūs Chrīstus templum petit ibique doctōrēs interrogat

Cum esset Iēsūs annōrum duodecim, secūtus est parentēs suōs ascendentēs Hierosolymam secundum cōsuētūdinem diēī fēstī. Transāctīs diēbus fēstīs, cum redīrent, remānsit Iēsūs Hierosolymae; et nōn cognōvērunt parentēs eius exīstīmantēs

Hierosolyma -ac *f*, Iūdacī -ōrum *pl*, Hērōdes -is *m*, Galilea -ac *f*

ante-cēdere ↔ sequī



hāc vōce : hīs verbīs,  
hāc sententiā

tūs tūris *n* : ē tūre accēnsō oritur fūmus dulcis  
myrrha -ae *f* : māteria pretiōsa quae ex qui-  
busdam arboribus fluit; nōn solum in mem-  
brīs corporis spargitur, sed etiam accenditur  
ut ex eā fūmus dulcis oriātur

dē-cipere -cēpisse -ceptum = fallere

fīnēs -ium *m pl* = regiō, terra  
bīmātus -ūs *m* = aetās duōrum annōrum  
īfrā adv


cōn-surgere = surgere

doctor -ōris *m* = quī docet, magister

cōn-suētūdō -inis *f* = quod fierī solet, mōs  
fēstus -a -um (diēs) = diēs ōtiōsus quō Deus  
adōrātur | trāns-igere -ēgisse -āctum = per-  
ficiere, ad finēm agere; trānsāctīs diēbus  
fēstīs = post diēs fēstōs



*Iesus inter doctores*



*Iesus mercatores et nummularios e templo eicit*

eum esse in comitātū. Et regressī sunt Hierosolymam requīrentēs eum. Post trīdūm invēnērunt illum in templō sedentem in mediō doctōrum, audientem et interrogantem illōs. Et dēscendit cum iīs, et vēnit Nazareth, et pārēbat illīs, et prōficiēbat sapientiā et aetāte et grātiā apud Deum et hominēs.

comitātus -ūs *m* = comitum numerus  
re-gredī -gressum esse = redire  
trīdūm -ī *n* = trēs diēs

## VII. Iēsūs prīmōs discipulōs ad sē vocat

Iōannēs, praecursor Domini, baptizābat in Iordāne flūmine. Quādam diē vīdit Iōannēs Iēsum venientem ad sē et ait: “Ecce Agnus Deī, ecce quī tollit peccāta mundi.” Et audiūrunt eum duo discipulī loquentem et secūtī sunt Iēsum. Quī, vidēns eōs sequentēs, dīxit: “Quid quaeritis?” Dīxērunt eī: “Magister, ubi habitās?” – “Venīte et vidēte” –. Et vēnērunt et vīdērunt et apud eum mānsērunt. Erant autem Andreās et Iōannēs.

prō-ficere = prōgredī, melior fierī  
sapientia -ae *f* < sapiēns  
grātia -ae *f*; amor

## VIII. Iēsūs ad nūptiās vocātur in Canā, et aquam in vīnum mūtat

Nūptiae factae sunt in Canā Galilaeae: et erat māter Iēsū ibi. Vocātus est autem et Iēsūs et discipulī eius ad nūptiās. Et dēficiente vīnō, dīcit māter Iēsū: “Vīnum nōn habent.” Deinde dīcit māter eius ministrīs: “Quodcumque dīxerit vōbīs, facite.” Erant ibi lapideae hydriae sex, quās aquā implērī iussit Iēsūs. “Haurīte nunc” inquit. Et hausērunt et tulērunt architriclīnō vīnum melius quam prīstinum.

Hoc fēcīt initium signōrum Iēsū.

prae-cursor -ōris *m* = quī venit ante  
baptizāre : aquā sacrā pūrum facere ā maleficiīs

Agnus Deī : Iēsūs  
peccātūm -ī *n* = maleficium  
eum loquentem

nūptiae -ārum *f pl* < nūbere



lapis -idis *m*



hydria -ae *f*

discipulī vocātī sunt

dē-ficere = deesse

quodcumque = quidquid

lapideus -a -um = ex lāpide factus

architriclīnus -ī *m* = quī convīviō/convīvīs  
praeest | prīstinus -a -um = quī anteā fuit  
signōrum : rērum mīrābilium


nummulārius -ī *m* (< nummus) = tabernārius  
quī pecūniā mītuam pretiō dat

Pascha -ae *f*: diēs fēstus quō commemorātur  
libertās ā servitū Aegyptiōrum recepta

mercātōrēs vēndentēs

columba -ae *f*

fūniculus -ī *m* = parvus fūnis



## IX. Iēsūs mercātōrēs et nummulāriōs flagellō ē templō ēicit

Prope erat Pascha Iūdaeōrum, et ascendit Iēsū Hierosolymam. Et invēnit in templō vēndentēs bovēs, et ovēs et columbās et nummulāriōs sedentēs. Et cum fēcisset quasi flagellum dē fūniculīs, omnēs ēiēcit dē templō,

Iōannēs -is *m*, Iordānis -is *m*, Andreās -ae *m*, Cana -ae *f*

aes aeris *n* = pecūnia, assēs  
sub-vertere

Patris : Deī  
negōtiatiō -ōnis *f* = negōtium mercatōris

rēgulus -ī *m* = parvus rēx  
febris -is *f* (*acc* -im, *abl* -ī) = nimius calor corporis  
īnfirmārī = aegrōtare  
audīvisset

vādere = īre  
crēdīt in verbō : crēdīt verbīs

con-clūdere -sisse -sum = inclūdere

cum irruerent in Iēsum : cum accurrerent ad Iēsum  
secus *prp* + *acc* = secundum | stāgnūm -ī *n*  
= lacus aquae stantis (: nōn fluentis)  
ut cessāvit loquī : cum p̄rīmū finēm fēcit  
loquendī | dūc nāviculā  
laxāre rētia = iactāre rētia  
praeceptor -ōris *m* = magister

annuere = aliquid manibus mōtōque capite significāre  
socius -ī *m* = homō quī commūnī fortūnā/ne-  
gōtiō coniungit cum aliquō  
ambō -ae -ō = uterque

īnfirmitās - ātis *f* = mala valētūdō  
Sabbatūm -ī *n* = diēs ōtiōsus quō Deus adōrātur et ā negōtiī abstinētūr

dē-tinēre -tinuisse -tentum = retinēre, prohibēre; īfirmitātē dētentus : quī p̄ae īfirmitātē movērī nōn potest

grabātūs -ī *m* = lectulus

ovēs quoque et bovēs, et nummulāriōrum effūdit aes, et mēnsās subvertit.

Et hīs quī columbās vēndēbant dīxit: “Auferte ista et nōlīte facere domum Patris meī domum negōtiatiōnis.”

## X. Iēsūs rēgulī filium febrī affectum sānat

Erat quīdam rēgulus, cuius filius īfīrmābātur. Quī cum audīsset Iēsum advēnisse ā Iūdaeā in Galilaeam, abiit ad eum, et rogābat ut dēscenderet Capharnāum et sānāret filium. Dīcit eī Iēsūs: “Vāde, filius tuus vīvit.” Crēdīt vir in verbō quod dīixerat eī Iēsūs et ībat domum. Servī autem occurrērunt eī et nūntiāvērunt filium līberātūm esse febrī. Et cognōvit pater eum līberātūm esse febrī eādem hōrā quā dīixerat Iēsūs: “Filius tuus vīvit.”

## XI. Magna piscium multitūdō rētibus conclūditur

Cum turbae irruerent in Iēsum ut audīrent verbum Deī, ipse ascendit in nāvem quae erat secus stāgnūm, et sedēns docēbat dē nāviculā turbās. Ut cessāvit loquī, dīxit Simōnī: “Dūc in altū, et laxāte rētia.” Respondit Simon: “Praeceptor, tōtam noctem labōrāvimus, sed nihil cēpimus; tamen, sīcut dīxistī, laxābō rēte. Et cum hoc fēcissent, conclūsērunt piscium multitūdinēm magnam, ita ut rumperētūr rēte. Et annūrunt sociīs quī erant in aliā nāvē, ut venīrent et adiuvārent. Et vēnērunt sociī et implēvērunt ambās nāvēs ita ut paene mergerentur.

## XII. Iēsūs virum īfirmitātē affectum Sabbatō, Iūdaeīs mīran- tibus, sānat

Erat ibi in grabātō vir quīdam magnā dētentus īfirmitātē. Cui Iēsūs dīxit: “Vīs sānus fierī?” – “Utinam, Domine!” – “Surge, tolle grabātūm tuūm, et ambulā.” Et statim sānus factus est ille. Dīcēbant ergō Iūdaeī: “Sabbatum est: nōn licet tibi tollere grabātūm tuūm.” Respondit iīs: “Quī mē sānum fēcit, mihi dīxit: ‘Tolle grabātūm tuūm et ambulā’.” Proptereā

Capharnāum -ī *n*, Simon -ōnis *m*

persequēbantur Iūdaeī Iēsum, quia haec faciēbat Sabbatō, et quaerēbant eum ut interficerent.

### XIII. Ego autem dīcō vōbīs: “Dīligite inimīcōs vestrōs, et benefacite hīs quī ūdērunt vōs”

Vidēns Iēsūs turbās, ascendit in montem et docēbat eās: “Audīstis dictum esse ab antīquīs: ‘dīligēs proximum tuum, et odiō habēbis inimīcum tuum.’ Ego autem dīcō vōbīs: dīligite inimīcōs vestrōs, et benefacite hīs quī ūdērunt vōs, et ūrāte prō consequentib⁹ et calumniantibus vōs.

Estōte misericordēs sīcut et Pater vester misericors est. Nōlīte iūdicāre, et nōn iūdicābimīt: nōlīte condemnāre, et nōn condemnābimīt. Date et dabitur vōbīs. Quid vidēs festūcam in oculō frātris tuī, trabem autem quae in oculō tuō est nōn cōsīderās? Ēice pīnum trabem dē oculō tuō, et tunc perspiciēs ut ūdūcās festūcam dē oculō frātris tuī.”

### XIV. In oppidō Naim Iēsūs puerum dēfūctum in vītam revocat

Iēsūs ibat in cīvitātem quae vocātur Naim, et ibant cum eō discipulī eius et turba cōpiōsa. Cum autem appropinquāret portae cīvitatis ecce dēfūctus efferēbātur filius ūnicus mulieris quae vidua erat. Quam cum vīdisset Iēsūs, misericordiā mōtus, dīxit mulierī: “Nōlī flēre.” Et accessit et tetigit loculum. Hī autem quī portābant stetērunt. Et ait: “Adulēscēns, tibi dīcō: surge!” Et resēdit quī erat mortuus, et coepit loqui. Et Iēsūs dedit illum mātrī suae.

### XV. Iēsūs puellam dēfūctam, filiam cuiusdam pīncipis nōmine Iaīrī, in vītam revocat

Ecce pīnceps quīdam accessit ad Iēsum adōrāns eum edīcēns: “Domine, filia mea modo dēfūcta est, sed venī, impōne manum tuam et vīvet.” Exsurgēns Iēsūs sequēbātur eum et discipulī eius erant cum illō. Et cum vēnisset domum pīncipis, et vīdisset tībīcinēs et turbam tumultuantem, dīcēbat:

Naim *indēcl*

bene-facere + dat



antīquīs hominib⁹  
proximus -ī m  
odiō habēre = ūdisse

calumniārī = accūsāre (falsō)

misericors -rdis *adi* (< miser + cor) = quī dolet ob alterfus malam fortūnam | et : etiam con-dēmnāre = aliquem poenam meruisse cōstituere  
quid...? = cūr...?




trabs -bis f  
cōsīderāre = mente spectāre, cōgitāre (dē rē)  
per-spicere = dīligenter aspicere

(vītā) dē-fungī -fūctum esse = morī


cōpiōsus -a -um (< cōpia) = frequēns

ef-ferre (< ex-)

ūnicus -a -um = ūnus et sōlus  
vidua -ae f = mulier quae marītum ūmīsīt  
miseri-cordia -ae f = dolor ob alterfus malam fortūnam



re-sidēre -sēdīsse = sedēre



ex-surgere = surgere



“Recēdite: nōn est enim mortua puella, sed dormit.” Et cum ēiecta esset turba, intrāvit, et tenuit manum eius. Et surrēxit puella.

parvulus -ī m

efficiēminī : fiētis

rēgnūm -ī n = rēgis imperium

statuere = pōnere, facere ut aliquis stet

scandalizāre = prāvō exemplō perdere  
ex-pedire + dat = prōdesse, melius esse  
suspendātur mola collō : mola impōnātur  
collō | mola -ae f= īstrūmentum quod cum  
frūmentō vertitur | dē-mergere = submergere  
profundus -a -um = altus  
vae + dat = heu! + acc  
scandalum -ī n = prāvum exemplum



mōtus -ūs m < movēre

### XVI. Parvulō advocātō atque in mediō positō, dīxit Iēsūs:

“Nisi efficiēminī sīcut parvulus iste, nōn intrābitis in rēgnūm caelōrum”

Advocāns Iēsūs parvulum, statuit eum in mediō. Et dīxit illīs qui eum secūtī erant: “Nisi efficiēminī sīcut parvulus iste, nōn intrābitis in rēgnūm caelōrum. Sī quis autem scandalizāverit ūnum dē parvulīs istīs, expedit eī ut suspendātur mola collō eius et dēmergātur in profundum mare. Vae hominī illī, per quem scandalum venit!”

### XVII. Iēsūs imperāvit ventīs et marī, et facta est tranquillitās magna

Ascendit Iēsūs in nāviculam et secūtī sunt eum discipulī. Et mōtus magnus factus est in marī ita ut nāvicula operīrētur flūctibus; ipse vērō dormiēbat. Et accessērunt ad eum discipulī eius, et suscitāvērunt eum dīcentēs: “Domine, salvā nōs: perīmus!” Et dīcit eīs Iēsūs: “Quid timidī estis?”

Tunc surgēns imperāvit ventīs et marī, et facta est tranquillitās magna.”

### XVIII. Iēsūs Chrīstus hominū multitūdinē panib⁹ et pis-cibus alit

Abiit Iēsūs trāns mare Galilaeae, et sequēbātur eum multitūdō magna. Cum sublevāisset ergō oculōs Iēsūs et vīdisset turbam māximam illam, dīxit Philippō: “Unde emēmus pānēs ut mandūcent hī?”

Respondit Andreās, ūnus ex discipulīs: “Est puer hīc, quī habet quīnque pānēs et duōs piscēs, sed quid sunt inter tot hominēs?” Accēpit ergō Iēsūs pānēs et, cum grātiās ēgisset, distribuit: similiter et ex piscibus quantum volēbant. Posteā collēgerunt fragmenta, et superfuērunt duodecim cophinī fragmentōrum.

Philippus -ī m

sub-levāre = tollere | sublevāvisset

mandūcāre = ēsse



cophinus -ī m

dis-tribuere -uisce -ūtum = dīvidere (inter eōs)

col-ligere -lēgisse -lēctum ↔ spargere  
fragmentum -ī n = pars frācta (ab rē)

## PENSA (§ I-XVIII)

### Pēnsum I

*Coniunge sententiās.*

- 1. Marīa Iēsum pannīs involūtum • illa surrēxit.
- 2. Deī angelus pāstōribus apparuit, • in praesēpiō reclīnāvit.
- 3. Cum timēret nē rēgnum amitteret, • Iēsūs dīxit ut surgeret et ambulāret.
- 4. Secundum diētī fēstī • parentēs Hierosolymam regressī  
cōnsuētūdinem sunt ut eum quaererent.
- 5. Cum nōn invēnissent Iēsum in rēgulus domum rediit et fīlium febrī  
comitātū, liberātum invēnit.
- 6. Nummulāriīs et mercātōribus Iēsūs cum parentibus Hierosoly-  
ēiectīs, Iēsūs dīxit: mam ascendit.
- 7. Crēdēns Iēsū dīcentī fīlium Iēsūs ventīs et marī imperāvit, et  
vīvere, tranquillitās magna facta est.
- 8. Hominī magnā īfirmitāte in ut iīs dīceret Salvātōrem in cīvitāte  
grabātō dētentō Bethlehem esse nātum.
- 9. “Prīmum trabem dē oculō tuō Hērōdes īfantēs ā bīmātū et īfrā  
ēice”, dīxit Iēsūs necārī iussit.
- 10. Cum Iēsūs puellae, Iaīrī filiae, “et tunc perspiciēs ut ēdūcās festū-  
manum tenēret cam dē oculō frātris tuī”.
- 11. Discipulīs ob magnum maris Iēsūs, postquam grātiās ēgerat, om-  
mōtum timentibus, nibus pānēs et piscēs distribuit.
- 12. Cum pānem nōn habērent quem “Nōlīte facere domum Patris meī  
mandūcārent, domum negōtiātiōnis”.

### Pēnsum II

*Interrogā id, quod ad haec respōnsa convenit.*


- 1. In oppidō Bethlehem.
- 2. Angelus iīs dīxit Salvātōrem nātum esse, pannīs nunc involūtum et in praesēpiō positum.
- 3. Magī ab Oriente vēnērunt Hierosolymam ut Iēsum adōrārent.
- 4. Stēlla eōs antecēdēbat.
- 5. Magī Iēsū dōnāvērunt aurum, tūs et myrrham.
- 6. Hērōdes, cum sēnsisset sē ā magīs dēceptum esse, imperāvit ut omnēs īfantēs ā bīmātū et īfrā necārentur.
- 7. Iōseph cum Marīa et Iēsū īfante in Aegyptum aufūgit, unde redīvit post Hērōdis mortem.
- 8. Cum duodecim habēret annōs.
- 9. Iēsūs, in templō sedēns in mediō doctōrum, eōs audiēbat atque interrogābat.
- 10. Iōannēs, quī in Iordāne flūmine baptizābat, Iēsū praecursor fuit.
- 11. Cum vīnum inter nūptiās dēficeret, Iēsū aquam in vīnum mūtāvit, quod melius quam prīstinum fuit.
- 12. Flagellō dē fūniculīs factō, Iēsūs nummulāriōs et mercātōrēs ē templō ēiēcit.

- 13. Iēsūs Simōnī, quī nihil sē cēpisse dīcēbat, imperāvit ut rētia laxāret; quod cum fēcisset, magnam piscium multitudinem conclūsit.
- 14. Iēsūs dīxit inimicōs dīligere oportēre atque misericordēs esse. Addidit etiam nēminem esse iūdicandum neque quemquam esse condemnandum.
- 15. Viduae fīlium ūnicum, quī dēfunctus erat, in vītam revocāvit.
- 16. Eī expedit ut collō mola suspendātur ac dēmergātur in mare profundum.

### Pēnsum III

*Vocabula in formā pōne. Litterae, quae in quadrātīs nigriōribus positae erunt, sententiam efficiēnt ex sacrīs librīs prōmptam.*

- 1. = quidquid.
- 2. Vestis vīlis quā Iēsūs īfāns est involūtus.
- 3. In eō Iēsūs īfāns est reclīnātus.
- 4. Appāruit pāstōribus gregēs cūstōdientibus.
- 5. Circumfulsīt pāstōrēs cum Deī angelus apparuit.
- 6. Facere ut aliquis recumbat.
- 7. ↔ sequī.
- 8. Nōmen Iēsū patris.
- 9. Nōmen urbīs ubi Iēsūs nātus est.
- 10. = fallere.
- 11. = surgere.
- 12. Iēsū obtulērunt magī.
- 13. īfantūm aetās quōs Hērōdēs necāre iussit.
- 14. In mediō eōrum sedēbat Iēsūs in templō.
- 15. Tālis erat diēs quō Iēsūs cum parentibus Hierosolymam ascēdit.
- 16. < sapiēns.
- 17. = comitūm numerus.
- 18. = quī salūtem affert.
- 19. Tālis fuit Iōannēs.
- 20. Vocātur Agnus Deī.
- 21. Hoc in Iordāne flūmine faciēbat Iōannēs.
- 22. = redīre.
- 23. Fīebant in Canā Galilaeae cum Iēsūs vēnit.
- 24. = maleficium.
- 25. Tālēs erant hydriae.
- 26. Quī convīviō/convīvīs praeest.
- 27. Domum Deī fēcerant domum ...
- 28. Eōs ēiēcit Iēsūs ex templō.
- 29. Avēs quās in templō mercātōrēs vēndēbant.
- 30. Ex iīs cōnstābat flagellūm quō Iēsūs omnēs ēiēcit ex templō.
- 31. = parvus rēx.
- 32. = aegrōtāre.
- 33. Diēs fēstus quō commemorātur līber-tās ā servitūte Aegyptiōrum recepta.
- 34. Eā afficiēbātur rēgulī filius quem Iē-sūs sānāvit.
- 35. = inclūdere.
- 36. Eā dētinēbātur vir quī in grabātō erat.
- 37. Diēs ḍiōsus quō Iūdaeī Deum adō-rāre solent.
- 38. = aliquem poenam meruisse cōnsti-tuere.
- 39. Tālēs Iēsūs dīcit hominēs esse dēbēre.
- 40. Ea prīmū dē oculō tuō ēicienda est.
- 41. Eam posteā dē oculō frātris ēdūcen-dam esse dīcit Iēsūs.
- 42. Ea collō suspendātur illīus quī ūnum ex parvulīs scandalizāverit.
- 43. Tālis erat illīus viduae fīlius.



**Pēnsum IV***Sc̄ibe verba idem significantia.*

- \_\_\_\_\_ = tr̄s diēs
- \_\_\_\_\_ = prōgredī, melior fierī
- \_\_\_\_\_ = deesse
- \_\_\_\_\_ = quī anteā fuit
- \_\_\_\_\_ = parvus fūnis
- \_\_\_\_\_ = pecūnia, assēs
- \_\_\_\_\_ = negōtium mercātōris
- \_\_\_\_\_ = īre

- \_\_\_\_\_ = secundum
- \_\_\_\_\_ = magister
- \_\_\_\_\_ = uterque
- \_\_\_\_\_ = mala valētūdō
- \_\_\_\_\_ = accūsāre (falsō)
- \_\_\_\_\_ = frequēns
- \_\_\_\_\_ = mulier quae marītum āmīsit
- \_\_\_\_\_ = tollere

**Pēnsum V***Sc̄ibe verbōrum fōrmās.*

- involvere \_\_\_\_\_
- revertī \_\_\_\_\_
- trānsigere \_\_\_\_\_ dēceptum
- regressum esse
- conclūsisse \_\_\_\_\_
- dētentum
- dēfungī \_\_\_\_\_
- residēre \_\_\_\_\_
- distribūtum
- collēgisse \_\_\_\_\_

**Pēnsum VI***Verba, quae dēsunt, sc̄ibe.*

- antecēdere
- benefacere
- bīmātus
- condemnāre
- cōnsuētūdō
- dēficere
- dēfungī
- doctor
- expedīre
- febris
- festūca
- flagellum
- īnfīrmītās
- mola
- negōtiātiō

In oppidō Bethlehem Marīa Iēsum peperit, quem \_\_\_\_\_ involūtum in \_\_\_\_\_ reclīnāvit. Ad eum adōrandum nōn sōlum pāstōrēs, quibus Dominī angelus appāruerat dīcēns ‘\_\_\_\_\_ nātum esse’, īvērunt, sed etiam magī ab Oriente venientēs, quōs stēlla \_\_\_\_\_. Illī, cum ad Iēsum pervēnissent, eī aurum, \_\_\_\_\_ et myrrham obtulērunt. Nōn diū in Iūdaeā mānsērunt Iēsū parentēs cum īfante: Hērōdes enim, Iūdaeōrum rēx, imperāverat ut omnēs ā \_\_\_\_\_ et īfrā occīderentur; quod cum audīvit Iōseph, angelō admonente, migrandum esse putāvit in Aegyptum, unde rediit post Hērōdis mortem.

Ōlim, cum secundum \_\_\_\_\_ diētī fēstī parentēs cum Iēsū, qui tunc duodecim habēbat annōs, Hierosolymam ascendissent ac, \_\_\_\_\_ diēbus illīs, regrederentur, accidit ut Iēsū ibi, \_\_\_\_\_ interrogāns et audiēns, in templō remanēret, ubi post inventus est.

nummulārius  
pannus  
praesēpium  
prōficere  
profundus  
rēgnū  
salvātor  
statuere  
trabs  
trānsigere  
trīduum  
tūs

Iam tunc Iēsūs sapientiā et grātiā apud Deum et hominēs \_\_\_\_\_, sed initium signōrum illud fuit cum, in Canā Galilaeae, Iēsūs vīnum, quod \_\_\_\_\_, ex aquā effēcit. Multa deinde mīra fēcīt: cuiusdam rēguli filium, quī \_\_\_\_\_ affectus erat, sānāvit; virum quendam, quī magnā dētinēbātur \_\_\_\_\_, Sabbatō, Iūdaeīs mīrantibus, sānum fēcit; filium dēnique ūnicum cuiusdam viduae, quī nūper \_\_\_\_\_, in vītam revocāvit. Iēsūs vērō nōn modo aegrōs sānābat, sed etiam improbōs hominēs reprehendēbat (sīcut accidit eō diē quō in templō hominēs invēnit quī ovēs et columbās vēndēbant et \_\_\_\_\_ sedentēs, quōs \_\_\_\_\_ dē fūniculīs factō ex templō ēiēcit nē domum Deī domum facerent \_\_\_\_\_) et omnēs docēbat dīcēns: “Dīligite inimīcōs vestrōs et \_\_\_\_\_ hīs quī ūdērunt vōs. Nōlīte \_\_\_\_\_, et nōn condemnābimīnī. Eicite pīnum \_\_\_\_\_ dē oculō vestrō, et tunc perspiciētis ut ēdūcātis \_\_\_\_\_ dē oculīs frātrum vestrōrum.” Quōdam vērō diē, postquam parvulum in mediō \_\_\_\_\_, dīxit: “Nisi efficiēmīnī sīcut parvulus iste, nōn intrābitis in \_\_\_\_\_ caelōrum. Sī quis scandalizāverit ūnum dē parvulīs istīs, \_\_\_\_\_ eī ut suspendātūr \_\_\_\_\_ collō eius et dēmergātūr in \_\_\_\_\_ mare.”

Sīc ille loquēns Iūdeae urbēs et oppida percurrere solēbat.

Questo volume, quando sprovvisto del triangolino affianco, è da considerarsi copia saggio e campione gratuito fuori commercio, e perciò non può esser venduto, né ceduto ad alcun altro titolo, ai sensi dell'art. 17, comma 2<sup>a</sup>, della legge 633 del 1941. Esso è inoltre esente da IVA (d. p. r. 26 ottobre 1972, n. 633, art. 2, lett. d) e dall'obbligo della bolla d'accompagnamento (d. p. r. 6 ottobre 1978, n. 627, art. 4, n. 6).

